

Basidiomycetes Philippinenses.

(Series III.)

Auctore Ab. J. Bresadola.

Hymenomycetaceae.

Pleurotus Fr.

Pleurotus flabellatus Berk. et Br. Journ. Linn. Soc. XI, p. 528!

Hab. ad ligna, Luzon, Benguet, *Bureau of science* 12948; Palo, *Elmer* 7214.

Obs. Sporae hyalinae, cylindraceae, $8-10 = 3-4 \mu$; basidia clavata, $20-22 = 4-5 \mu$; hyphae contextus lamellarum $2-4$, aliqua inflata — 6μ . —

Marasmius Tr.

Marasmius siccus Schw. Car. n. 677. —

Hab. ad ramos, Luzon, Laguna, *Bureau of science* 10066.

Panus Fr.

Panus murinus Bres. n. sp.

Pileo laterali v. excentrico, carnosolento, fusco-canefcente, $5-12$ cm lato, pilis albis, fasciculatis, velutino-scabro; stipite in lateralibus nullo vel obsoleto, in excentricis $1-1\frac{1}{2}$ cm longo, $4-5$ mm crasso, albido, gossypino; lamellis coriaceis, acie integra, confertis, decurrentibus, albis, in sicco stramineis; sporis (?) oblongis, hyalinis, $5-6 = 3 \mu$; basidiis clavatis, $20-22 = 4-5 \mu$; hyphis contextus lamellarum, $2-4$ raro $4\frac{1}{2}$, pilei $2-6$, homogeneis vel crasse tunicatis.

Hab. ad ligna, Luzon, Benguet, *Bureau of science* 12887.

Obs. *Pano anthocephalo* Lev. videtur proximus. —

Panus flabelliformis (Schaeff.) Quél. var. **philippinensis** Bres.

Hab. ad truncos *Fici variegatae*, Luzon, Bataan, *Forestry Bureau* 19287.

Obs. Sporae hyalinae, oblongae, basi subdepressae, $4\frac{1}{2}-7 = 2\frac{1}{2}-3\frac{1}{2} \mu$; hyphae hymenii homogeneae, crassae, $2-6 \mu$; hyphae pilei $2-7$ regulares, commixtis tenuibus, irregularibus, septatis, — 10μ , aliqua ubi inflata — 18 . A typo europeo differt structura pilei ex hyphis latioribus et saepe irregularibus.

Lenzites Fr.**Lenzites acuta** Berk.

Hab. ad truncos, Luzon, Cagayan, *Forestry Bureau* 16712.

Lenzites submurina (Murr.) Bres.

Hab. ad truncos, Mindanao, Davao, *Copeland XI* n. 459; Mindoro, Bulalacao, *Bureau of science* 6668.

Obs. Species quoad colorem et crassitiem pilei variabilis; specimina aliqua in *Lenzitetm acutam* transeunt.

Lentinus Fr.**Lentinus pergamenus** Lev. Champ. Mus. p. 117!

Hab. ad truncos, Luzon, Bataan, *Elmer* 6910; Laguna, *Forestry Bureau* 19286.

Lentinus fusco-purpureus Kalchbr. Grev. VIII, p. 153!

Hab. ad ramos, Luzon, Rizal, *Bureau of science* 1196. —

Trogia Fr.

Trogia infundibuliformis Berk. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 45!

Hab. ad ramos, Luzon, *Bureau of science* 5237.

Obs. Specimina male exsiccata, sed vix dubie genuinus *Cantharellus*, cum aliis hujus sectionis comparandus an authonomus nec ne. —

Xerotus Fr.**Xerotus vinoso-fuscus** Bres. n. sp.

Pileo coriaceo-membranaceo, laterali, stipitato, flabelliformi, e sericeo glabrato, vinoso, saepe irregulariter lobato, 2—5 cm lato, $1\frac{1}{2}$ —2 cm longo, vix 1 mm crasso; stipite laterali, brevissimo, basi attenuato, apice dilatato, concolore, 3—5 mm longo crassoque; lamellis coriaceis, strictis, confertis, e concoloribus nigricantibus, acie integra; sporis hyalinis, $4-5 = 2\frac{1}{2}-3 \mu$; basidiis clavatis, $18-20 = 4-5 \mu$; hyphis contextus $4-9 \mu$ crassis.

Hab. ad truncos, Luzon, Bataan, *Bureau of science* 19022.

Obs. Species haec transit ad *Panum*, sed lamellis nigris potius ad *Xerotus* pertinet. —

Hymenogramme Berk. et Mont.

Hymenogramme javensis Berk. et Mont. in Berk. Dec. II n. 11, tab. 14, f. 1.

Hab. ad truncos v. ramos, Luzon, Laguna, *E. D. Merrill* 8430.

Crepidotus Fr.**Crepidotus pogonatus** Kalchbr. Grev. IX, p. 131. —

Hab. ad ramos, Luzon, Nueva Vizcaya, *Bureau of science* 20251.

Obs. Sporae globosae, luteolae, $4-4\frac{1}{2}$, raro, subglobosae $5=4\ \mu$; basidia clavata, $20-22=4-5\ \mu$. —

Polyporus Mich.

Polyporus spadiceus Bres. n. sp.

Pileo suberoso, plano-depresso v. umbilicato, spadiceo, zonis paucis, latis, obscurioribus, variegato, e villosulo punctato-scabro, $8-10$ cm lato; stipite solido, centrali v. subexcentrico, fulvello, basi fuscidulo, villosulo, $6-7$ cm longo, $6-8$ mm crasso; poris stramineis (in sicco), angulatis, $2-3$ pro mm; tubulis concoloribus, $1-2$ mm longis; sporis non inventis; hyphis hymenii $1\frac{1}{2}-4\frac{1}{2}\ \mu$, pilei $1\frac{1}{2}-6$, raro $8\ \mu$ crassis.

Hab. ad truncos, Luzon, Cagayan, *Forestry Bureau* 16857.

Obs. E grege *Polypori brumalis*, sed ab omnibus mihi notis, praecipue substantia in sicco suberoso-molli, optime distinctus.

Polyporus agariceus Berk. Fung. Brit. Mus. p. 371!

Hab. ad ramos, Luzon, Laguna, *Forestry Bureau* 19284.

Obs. Sporae hyal. $6-8=3-4\ \mu$; basidia clavata, $20-22=5-6\ \mu$; hyphae contextus hymenii $1\frac{1}{2}-4\frac{1}{2}$, raro $5\ \mu$, subirregulares, ramosae. —

Species haec, meo sensu, a *Polyporo Boucheano* Kl. haud specifice distincta prouti etiam *Pol. floccopus* Rostk. *Pol. anisoporus* Mont. et *Pol. tubarius* Quél. — *Pol. Boucheanus* Kl. typicus, sporas habet $7-9=3-4\ \mu$ nec ut in Lloyd: Synopsis of the Section Ovinus p. 86, $12=7\ \mu$. *Polyporus* ibi descriptus est *Pol. lentus* Berk. (idem *Pol. Forquignoni* Quél!) qui, in Herbario Berolinensi cum *Pol. Boucheano* Kl. confusus fuit. *Polypori Boucheani* typici, ad truncos *Betulae*, unicum extat specimen, ex parte destructum, quod sporas habet $7-9=3-4\ \mu$.

Polyporus Graffianus Bres. n. sp.

Imbricato-multiplex, coriaceo-sublignosus; pileis semiorbicularibus, tomentoso-scabriusculis, zonatis, alutaceis, $7-8$ cm latis, $4-5$ cm longis, $3-4$ mm crassis, postice in stipitem lateralem, $3-4$ cm longum, $1\frac{1}{2}$ cm circiter crassum, scabrum, productis; poris minimis, subrotundis, 10 pro mm, in sicco luride isabellinis; tubulis concoloribus, $2-3$ mm longis; sporis et basidiis non inventis; hyphis hymenii tenuibus, conglutinatis, $2-4\ \mu$, pilei homogeneis v. crasse tunicatis, $3-5$ raro — $6\frac{1}{2}\ \mu$. —

Hab. ad truncos, Luzon, Bataan, W. Graff, *Bureau of science* 19083.

Obs. Species haec valde *Polyporo cremeo-tomentoso* P. Henn. (sub *Fomes*) proxima, et forte tantum ejus forma, sed pilei substantia

compactiori et superficie scabra distinguitur; insuper sporae non inventae, quapropter distinctam relinquendam esse existimavi donec fertilis reperiatur. Differentiae in pileo observatae ex aetate probabiliter pendent. —

Polyporus Beccarianus Ces. Myc. Born. 4.

Hab. ad truncos, Luzon, Laguna, *Bureau of science* 6585.

Obs. Typum hujus species non existit in collectione cesatiana; specimen nostrum bene cum brevi diagnosi Auctoris convenit, sed satis etiam cum diagnosi *Polypori glabrati* Kalchbr., mihi quoque ignoti quique forsane eandem speciem sistit.

Polyporus versiformis Berk. Hook. Journ. 1852, p. 137!

Hab. ad truncos, Luzon, Laguna, *Bureau of science* 10063, 10067.

Obs. Hyphae hymenii hyal. $1\frac{1}{2}$ — $2\ \mu$, aliqua $2\frac{1}{2}$ — $4\ \mu$; hyphae pilei $1\frac{1}{2}$ — $2\frac{1}{2}\ \mu$, raro 3 — $4\frac{1}{2}$; pori in bene evolutis oblongi. —

Polypori melanopodes perquam affines et species exoticae vix distinguendae; revisio ad specimina originalia optatissima foret.

Polyporus stereinus Berk. et Curtis Journ. Linn. Soc. X, 1868, p. 308!

Hab. ad truncos, Luzon, Benguet, Cagayan, *Bureau of science* 7588, 12834.

Obs. A *Polyporo Liebmanni* differt modo colore fulvello, sed structura identica et vix dubie tantum formae unius speciei. —

Polyporus rugulosus Lev. Champ. exotic p. 189 f. *rigidus* l. c. p. 189 ut species.

Hab. ad truncos, Negros, *Forestry Bureau* 13735; Luzon, Cagayan, *Bureau of science* 10621.

Polyporus ostreiformis Berk. (typicus) Challeng. Fung. n. 207!

Hab. ad truncos, Luzon, Bataan, *Forestry Bureau* 19207, *Bureau of science* 16795. —

Polyporus griseus Bres. Polyp. Jav. p. 494. —

Hab. ad truncos, Luzon, Manila, *F. Sanchez* 35. —

Polyporus gilvus Schw. var. *seruposus* Fr. (ut species).

Hab. ad truncos, Luzon, Bataan, *Forestry Bureau* 15591, 19211.

Obs. A *Polyporo gilvo* Schw. differt colore obscuriori, pileo granuloso-scabro et hyphis contextus pilei strictioribus et regularibus, scilicet 2 — $4\frac{1}{2}\ \mu$; dum in typo sunt 2 — 6 et saepe irregulares. Sporae haud inventae.

Polyporus atypus Lev. Champ. exot. p. 184.

Hab. ad truncos, Mindanao, Bataan, *C. M. Weber* 1262.

Obs. Clar. C. G. Lloyd fungus noster ad *Polystictum Didrichsenii* Fr. ducit, sed frustra, nam color et structura diversa. In nostro color est pallide roseo-isabellinus et structura hymenii ex hyphis

2—3½ μ et pilei 2—5½/3, dum in *Polysticto Didrichsenii* color est alutaceo-pallido et structura hymenii ex hyphis 1½—6 et pilei 1½—7, raro 8, constat.

Fungum nostrum genuinam esse speciem Leveilleanam, cum typus non existat, asserere non possumus, sed cum diagnosi l. c. data optime convenit. —

Polyporus crustulinus Bres. n. sp.

Subimbricatus; pileo carnoso-fibroso, subreniformi, postice substipitiformi attenuato, glabro, subruguloso, crustulino, 3—4 cm lato, 2—2½ cm longo, substantia alba, 2 mm circiter crassa, ex hyphis, 2—3½, raro 4 μ ; poris ex albo stramineis, subrotundis, 6—7 pro mm; tubulis concoloribus, 1—1½ mm longis; sporis hyalinis, botuliformibus, biguttulatis, 3½—4 = 1—1¼ μ ; basidiis clavatis, 10—12 = 3—4 μ ; hyphis contextus hymenii hyalinis, 1½—3, aliqua 4 μ . —

Hab. ad truncos, Luzon, Benguet, Mt. Pulog, *Bureau of science* 8973.

Obs. *Polyporo ectypo* Berk. et C. proximus, a quo praecipue statura minore et structura diversus.

Polyporus fusco-badius Bres. n. sp.

Pileo fibroso-sublignoso, pulvinato, dimidiato-sessili, glabrescente, crusta nigra tecto, late sulcis parvis zonato, postice fusco, antice badio, contextu luride fulvo, 7—8 cm lato, 5—6 cm longo, 1½ cm crasso; poris oblongis, angulatis, fulvo-fuscescentibus, 4—5 pro mm; tubulis fulvis, 1 cm circiter longis; sporis subglobosis, luteis, laevibus, 6—7 = 5—6 μ ; setulis hymenii fulvis, basi ventricosis, 20—30 = 7—9 μ ; hyphis contextus hymenii luteolis, tenuibus, conglutinatis, 3—6 μ , pilei flavidis, tenuibus, 3—9, aliqua fulva, crasse tunicata, 5—6 μ crassa. —

Hab. ad truncos, Mindanao, *Bureau of science* 19361.

Obs. *Polyporo dryadeo* Fr. affinis.

Fomes (Fr.) Cooke.

Fomes spadiceus (Berk.) Cooke.

Hab. ad truncos, Luzon, Cabanatuan, *Bureau of science* 5240 et *Forestry Bureau* 15585, 19233.

Obs. Sporae luteae, 4—5 = 4—4½; hyphae hymenii 2—4, crasse tunicatae, pilei 2—5, raro 6, septatae, crassiuscule tunicatae; pori 7—8 pro mm. —

Fomes caryophylli (Rac.) Bres. Ann. Myc. X, 1912, p. 498. —

Hab. ad truncos, Negros, *Forestry Bureau* 19117, 13747.

Fomes pectinatus (Kl.) Gillet var. **Jasmini** Quél. 18 Suppl. p. 6, pl. III, f. 34!

Hab. ad ramos *Jasmini* sp. Polillo, *Bureau of science* 9126, *Forestry Bureau* 16635.

Fomes pachyphlaeus Pat. var. *inermis*.

Hab. ad truncos, Polillo, *Bureau of science* 10526. —

Obs. A typo differt unice hymenio absque setulis, quod certe tantum anormalitas. —

Fomes exotephrus Berk. Chall. Exp. n. 245! *Polyporus caliginosus* Ces. Born. p. 5! *Fomes Cesatianus* P. Henn. Mons. I, p. 10. *Pyropolyporus caliginosus* Murr. Bull. Torrey Club XXXIV, p. 478 non Berk. —

Hab. ad truncos, Luzon, Laguna, *Bureau of science* 21031.

Fomes fusco-pallens Bres. n. sp.

Pileo dimidiato-sessili, pulvinato, fibroso, lignoso, ruguloso-scruposus, postice late zonato-sulcato, e pubescente glabrato, griseo-umbrino, fusciscente, 12—16 cm lato, 11—18 cm longo, 4—10 cm crasso; substantia pallida, ex hyphis $1\frac{1}{2}$ —4, raro 5 μ , crassis; poris pallidis, subrotundis, 6 pro mm; tubulis stratosi, fusciculis, stratis 8—12 mm latis; sporis hyalinis, globosis, $3\frac{1}{2}$ —4 μ d.; basidiis clavatis, 15—18 = 4—5 μ ; hyphis contextus tubulorum $1\frac{1}{2}$ —4 μ crassis.

Hab. ad truncos, Luzon, Bataan, Mt. Mariveles, *Merrill* 3693.

Obs. Species haec *Fomitihornoderma* Mont. proxima, sed optime distincta; crassitudo vero ex aetate pendet, nam in Fomitibus quotannis augetur, ideoque nec notanda esset. —

Fomes validus Bres. n. sp.

Pileo dimidiato-sessili, e convexo aetate unguato, e pubescente glabrato, ruguloso, luteo-fulvo, nigricante, 10—14 cm lato, 6—7 cm longo, substantia fulva, 1 cm crassa; hymenio luride luteo, poris subrotundis vel angulatis, 3—4 pro mm; tubulis stratosi, fulvis, albofarctis; sporis luteis, aureis, $4\frac{1}{4}$ — $4\frac{3}{4}$ = $3\frac{1}{2}$ —4 μ ; hyphis hymenii homogeneis v. crasse tunicatis, 2—3 μ , pilei 2— $3\frac{1}{2}$, raro 4 μ , luteis.

Hab. ad truncos, Luzon, Cagayan, *Forestry Bureau* 16808.

Fomes validas var. *subvalidus*.

Hab. ad truncos, Luzon, Cagayan, *Forestry Bureau* 16866.

Obs. Differt a typo poris duplo minoribus et badio coloratis, nec non pileo subtiliter concentrice sulcutulo. Pileus est minor et convexo-applanatus, sed hoc certe ex aetate pendet, nam specimen juvenile sc. unius anni. —

Ganoderma Karst.

Ganoderma testaceum (Lev.) Pat. Bull. Soc. Myc. fr. 1889, p. 67. *Polyporus* Lev. Champ. Mus. p. 126!

Hab. ad truncos, Luzon, Bataan, *Forestry Bureau* 15588.

Ganoderma lingua (Bl. et Nees) Pat. Bull. Soc. Myc. fr. V, p. 70, sensu Montagne.

Hab. ad truncos, Polillo, *Bureau of science* 9101.

Obs. Sporae fusco-fulvae, laeves, $10-11 = 5-6 \mu$. Valde probabiliter tantum forma anormalis *Ganod. amboinensis*. —

Ganoderma nitens (Fr.) Pat. l. c. p. 67, sensu Montagne. —

Hab. ad truncos, Luzon, Union, *Bureau of science* 12996.

Obs. Sporae scabrae, $9-12 = 7-8 \mu$; hyphae hymenii $1\frac{1}{2}-3\frac{1}{2}$, pilei $1\frac{1}{2}-6 \mu$. *Ganodermati lucido* affine, a quo praecipue contextu umbrino differt. Specimen originale non adest, sed nostrum cum typo Montagnei bene convenit. —

Ganoderma incrassatum (Berk.) Bres. f. *substipitata* Bres.

Hab. ad Cocos, Mindanao, San Ramon, *Copeland* 762.

Obs. Sporae luteolae, punctato-scabrae vel breviter echinulatae, ellipsoideae, apiculo albo, 2μ longo, deciduo et tunc subtruncatae, $6-7 = 4\frac{1}{2}-5 \mu$; hyphae hym. fulvae, $1\frac{1}{2}-4\frac{1}{2}$, pilei quoque, raro — 5. In pileo juvenili adsunt conidia fulva, granuloso-scabra, apice truncata, $10-11 = 6-7 \mu$. A typo Berkeleyi differt modo praesentia parvi stipitis $1-2$ cm longi, $1-1\frac{1}{2}$ cm crassi.

Haec forma valde *Ganodermati gibboso* var. *pulchella* Bres. affinis a quo sporis scabris, vix minoribus, praecipue differt.

Ganoderma (Amauroderma) renidens Bres. Fung. Bras. in Hedw. XXXV, 1896, p. 280.

Hab. ad truncos, Luzon, Nuova Viscaya, *Bureau of science* 20289.

Obs. Cum typo bene convenit; sporis globosis $10-12 \mu$ diam. raro $12 = 11 \mu$. Pertinet ad Sectionem *Amauroderma*. In exsiccatis cum *Ganodermate speciosissimo* Speg. confusum fuit. —

Ganoderma (Amauroderma) bataanense Murr. forma *lateralis*. —

Hab. ad truncos, Luzon, Bataan, *Bureau of science* 19097.

Obs. A typo differt stipite laterali; sporis 13μ d. vel rarius $14-14\frac{1}{2} = 13 \mu$, vix asperulis. —

Ganoderma (Amauroderma) rugosum (Bl. et Nees) Bres. Ann. Myc. VIII, 1910, p. 586.

Hab. ad truncos, Luzon, Benguet et Laguna, *Bureau of science* 8728, 10068; Polillo, *Bureau of science* 6845, 10553, 13736.

Ganoderma (Amauroderma) rugosum var. *nigro-zonatum*, n. var.

Hab. ad truncos, Luzon, Cabanatuan, *Bureau of science* 5251.

Obs. A typo differt pileo zonis nigris, nitidis, glabris, praedito; cetera concordant.

Polystictus Fr.

Polystictus confertus Lev. Champ. exot. p. 187!

Hab. ad truncos, Polillo, *Bureau of science* 10528.

Polystictus spadiceus (Jungh.) Cooke, Grev. XIV, p. 86. *Polyporus* Jungh. Jav. p. 54!

Hab. ad truncos, Luzon, Bataan, *Forestry Bureau 15570, 19170*. — Laguna, *Bureau of science 10065* (forma denudata); Negros, *Forestry Bureau 19108*. —

Polystictus hypothejus (Kalchbr.) Cooke, Grev. XIV, p. 83. *Polyporus* Kalchbr., Grev. X, p. 102. —

Hab. ad truncos, Luzon, Bataan, *Forestry Bureau 19193*, Neuva Vizcaya, *Bureau of science 20298*. —

Obs. Sporae non inventae. A *Pol. pinsito* Fr., a quo notis macroscopicis non distinguitur, differt contextu ex hyphis aliquantulum strictioribus, ita ut tantum ceu forma hujus species considerandus. —

Polystictus niveus (Jungh.) Cooke, Grev. XIV, p. 87. *Polyporus* Jungh. Jav. p. 48! —

Hab. ad truncos, Luzon, Benguet, Pauai 2100 m, *Bureau of science 8727*.

Obs. Specimen nostrum juvenile, adhuc resupinatum, margine sterili, tumido, sed nondum reflexo. —

Poria Pers.

Poria crustacea (Jungh.) Bres. Ann. Myc. VIII, 6. 1910, p. 587. —

Hab. ad ramos, Luzon, Cagayan, *Bureau of science 10788*.

Poria crocipora Berk. et C. in Sacc. Syll. VI, p. 300. —

Hab. ad truncos, Mindanao, *Weber, 1224*. —

Poria leucoplaca Berk. Fl. New. Zeal. p. 180!

Hab. ad ligna, Luzon, Pauai, *Bureau of science 8720*.

Poria lurida Bres. n. sp.

Effusa, arcte adnata, ambitu similari, luride isabellina; poris, rotundis, 6—8 pro mm, dissepimentibus obtusis; tubulis concoloribus, 1—3 mm longis, stratosi, stratis vetustis fuscis; sporis hyalinis, $4\frac{1}{2}$ —5 = 3 — $3\frac{1}{2}$ μ ; basidiis clavatis, 15—20 = 5 μ ; hyphis contextus $1\frac{1}{2}$ —3 μ . —

Hab. ad ligna, Manila, *Bureau of science 10856*.

Poria porphyrophaea Bres. n. sp.

Late effusa, adnata, subiculo manifesto, tenui, livida, ambitu pallido, pruinato; poris minimis, rotundatis v. oblongis, 10—12 pro mm; tubulis concoloribus, 1— $1\frac{1}{2}$ mm longis, contextu ex hyphis conglutinatis, vix distinctis; subiculum ex hyphis crassis $1\frac{1}{2}$ —3 μ ; sporis (?) hyal. 4 = 3 μ ; cystidiis 9—12 = 7—9 μ . —

Hab. ad truncos, Mindanao, San Ramon, *Copeland 743*.

Trametes Fr.

Trametes incana Lev. Champ. exot. p. 196!

Hab. ad truncos, Luzon, Cagayan, *Forestry Bureau* 16897, Union, *Bureau of science* 12990 (juvenilis); Mindanao, *Copeland* 753 (vetusta); Negros, *Bureau of science* 4176, 6411, *Forestry Bureau* 19081.

Obs. Sporae non inventae; hyphae hymenii $1\frac{1}{2}$ —4 μ , pilei $1\frac{1}{2}$ —6, aliqua 7, ex parte tenues et ex parte crasse tunicatae; pori 2—3 pro mm. Valde *Trameti lactineae* Berk. affinis, a qua praecipue contextu ex hyphis aliquantulum strictioribus distinguitur. —

Trametes paleacea Fr. Nov. Symb. p. 97, f. **minor**.

Hab. ad truncos, Mindoro, *Bureau of science* 21314.

Trametes cingulata Berk. Decad. of Fungi v. 441! *Trametes picta* Berk. Fung. Brisb. n. 167 p. 61! *Fomes nubilus* var. *albo-limbatus* Cooke (non *Fomes nubilus* Fr.), *Fomes Virginiae* Manc. et Sacc. Syll. VI, p. 199.

Hab. ad truncos, Luzon, Bataan, *Bureau of science* 19098.

Obs. Species haec mihi tantum forma tenuior, saepe nigro-maculata, *Trametis paleaceae* Fr. —

Trametes cervina (Schw.) Bres. Fungi pol. p. 81 cum synon.

Hab. ad truncos, Luzon, Laguna, *Bureau of science* 21051. —

Daedalea Pers.

Daedalea repanda Pers. in Freyc. Voyag. p. 168 (1826)! —

Hab. ad truncos, Mindoro, *Bureau of science* 21312; Negros, *Forestry Bureau* 13730; Luzon, *Forestry Bureau* 15822.

Obs. Sporae non inventae; hyphae contextus hymenii 2—4 μ , pilei $1\frac{1}{2}$ —4 $\frac{1}{2}$ vix 5 μ . — Prouti in „Basidiomycetes Philippinenses“ Series II, p. 49, observavi species persooniana est collectiva; ex parte scilicet ad *Lenzitem politam* Fr. et ex parte ad *Lenz. Palisoti* Fr. duxi; at e novo examine specimen quod cum *Lenz. Palisoti* conjunxi authonomum nunc crederem et sub nomine persooniano ut bona species, restituendum. A *Lenzite Palisoti* pileo mox stramineo, sulcato-zonato, hymenio magis, imo fere ex integro daedaloideo, tubulis vel lamellis magis latis bene distinguitur; etiam habitu satis dignoscitur.

Elmerina Bres.

Elmerina setulosa (P. Henn.) Bres. Ann. Myc. X (1912), p. 507. *Poria* P. Henn. Engl. Jahrb. XXVIII, p. 321!

Hab. ad truncos, Polillo, *Bureau of science* 10535. —

Favolus Fr.

Favolus (Pseudofavolus) cucullatus Mont. Cuba, p. 378!

Hab. ad truncos, Negros, *Forestry Bureau* 13732.

Favolus spathulatus (Jungh.) Bres. Ann. Myc. VIII, p. 587.
Laschia Jungh. Jav. p. 75! *Favolus tener* Lev. Champ. exot. p. 202!
Favolus multiplex Lev. l. c. p. 203! *Polyporus vibecinus* Fr. Fung.
 Natal. p. 6. *Polyporus vibecinus* var. *antilopum* Kalchbr. in Grev. X,
 p. 53! — *Polyporus vibecinoides* P. Henn. Engl. Jahrb. XXIII, p. 546!
Polyporus palensis Murr. Bull. Torrey Club. XXXIV, p. 472, 1907!
Hexagonia pertenuis Murr. l. c. XXXV, p. 401, 1908!

Hab. ad truncos, Negros, *Copeland*, 20, *Forestry Bureau* 13726;
 Luzon, Benguet, *Elmer* 6184, 6185, Bataan, *Forestry Bureau* 19249,
 19252.

Obs. Species haec, in Africa et Asia frequentissima, prorsus ab
 auctoribus multiplicata, prouti plus minusve evoluta, juvenilis aut
 vetusta etc. etc. Ego specimina originalia omnia, praeter *Pol. vibecini*,
 vidi et nullum vere specificam differentium inveni. *Polypori vibecini*
 specimina originalia haud amplius existunt, sed e diagnosi certe huc
 ducendus; prouti vero a cl. Murrill intelligitur in Bull. Torrey Club.
 XXXIV, 1097, p. 473 est *Polyporus grammacephalus* Berk. f. *tenuior*. —

Laschia Fr.

Laschia minima Jungh. Jav. p. 74.

Hab. ad frustula, Luzon, *D. Merrill* 1229, Pauai, *Bureau of
 science* 8723. —

Hexagonia Fr.

Hexagonia umbrina Bres. n. sp.

Pileo dimidiato-sessili, coriaceo-membranaceo, applanato, e
 velutino glabrescente, rugulosulo, fusco-umbrino, zonis discoloribus
 variegato-sulcatulo, 6—8 cm lato, 3—4 cm longo; alveolis hexagonis,
 umbrinis, $\frac{1}{2}$ = 1 mm latis; sporis non visis; hyphis contextus hymenii
 luteis, 2—3 μ , pilei $1\frac{1}{2}$ —5 μ , crassiuscule tunicatis.

Hab. ad truncos, Luzon, Cagayan, *Forestry Bureau* 16812.

Obs. *Hex. variegatae* proxime affinis. —

Hydnum Linn.

Hydnum pulcherrimum Berk. et C. in Kew Gard. Misc. I, p. 25!

Hab. ad truncos, Mindanao, Davao, *Copeland* 482. —

Obs. Cum typo Americae borealis, cum quo comparavi, optime
 conveniens. Sporis (?) angulato-asperulis, $3\frac{1}{2}$ —4 = $3\frac{1}{2}$ μ ; basidiis
 clavatis, 15—20 = 40; hyphis contextus aculeorum $1\frac{1}{2}$ —3, aliqua
 4—4 $\frac{1}{2}$; hyphis contextus pilei 4—9 μ .

Hydnum merulioides Berk. et Br. Fung. Brisb. II, p. 63!

Hab. ad ligna, Luzon, Rizal, *Bureau of science* 4625.

Obs. Sporae luteolae, ellipticae, 3—4 = 2—2 $\frac{1}{2}$ μ . —

Grammothele Berk. et C.**Grammothele cineracea** Bres. n. sp.

Resupinata; late effusa, crustacea, cinerea vel luride cinerea, fuscescens; hymenio poroso, poris subangulatis vel oblongis, ubique sed praecipue ad margines papillis dense asperulatis; papillis ex hyphis dense fasciculatis efformatis; fasciculis etiam immersis, saepe tunica crassa cristallorum oxalati calcici circumvestitis, $60-120 = 30-45 \mu$; hyphis tam fasciculorum quam contextus $1-2 \mu$ crassis; sporis hyalinis, $4-4\frac{1}{2} = 3-3\frac{1}{2} \mu$; basidiis clavatis, $14-18 = 5 \mu$. —

Hab. ad ramos Luzon, Rizal, *Bureau of science* n. 82, Bataan, Mt. Mariveles, *Copeland* 148, 149. —

Obs. A *Poria hydnopora* Berk. quae quoque *Grammothele* sp. est, cui valde proxima, differt praecipue poris minoribus, evidentius oblongis et colore cinereo. —

Grammothele delicata Bres. n. sp.

Maculaeformis, tenuissima, straminea, ambitu albo, subfimbriato; hymenio poroso v. subirpicoideo, sc. e poris ut plurimum incompletis, oblongis vel sinuosis, marginibus papillato-asperulis; papillis multicellularibus, ex hyphis dense fasciculatis, $90-100 = 45-80 \mu$; sporis (?) hyalinis $3 = 1\frac{1}{2} \mu$; basidiis clavatis, $10-12 = 3-4 \mu$; hyphis contextus $1\frac{1}{2}-2\frac{1}{2} \mu$. —

Hab. ad ramos, Panay, Iloilo, *Bureau of science* 18179.

Thelephora Pers.**Thelephora caryophyllea** Schaeff. var. *luzonensis* n. var.

Hab. ad terram, Luzon, Tayabas, *Bureau of science* 9497.

Obs. a typo europeo differt, juxta specimina tamen male exsiccata, sporis minoribus. Sporae angulato-asperulae v. aculeolatae, $5-6 = 4\frac{1}{2}-5\frac{1}{2} \mu$; basidia $20-25 = 5-6 \mu$; hyphae contextus $4-7 \mu$, septato-nodosae. —

Stereum Pers.**Stereum pusillum** Berk. Fung. Brit. Mus. p. 381.

Hab. ad terram, Mindanao, Davao, *Copeland* 877; Luzon, Bulacan, *Forestry Bureau* 7164.

Obs. Sporae hyalinae, $4 = 3 \mu$; basidia $25-28 = 4-6 \mu$; hyphae contextus $2-3\frac{1}{2} \mu$, raro 4μ crassa. — Specimina nostra ad iconem et notam Cl. C. G. Lloyd: Synopsis of the stipitate Stereum, p. 25—26, determinata; specimen vero *Sterei pusilli* Berk. in Kew Herbario longe aliam speciem sistit, sed nescio an istud cum typo Musei Britannici, mihi ignoto, concordat nec ne. —

Stereum crenatum Lev. Champ. exot. p. 210!

Hab. ad radices Cocos, Mindanao, Zamboanse, *Copeland* 763.

Stereum obliquum Mont. et Berk. Dec. Fung. n. 17! *Stereum affine* Lev. Champ. exot. p. 210 pro p.! —

Hab. ad frustula lignea terrae infossa, Luzon, Bulacon, *Forestry Bureau* 7182. —

Stereum purpureum Pers. Obs. II, p. 92.

Hab. Mindoro, Mt. Halcon, *E. D. Merrill* 6123.

Obs. Specimen obsoletum, incompletum, sterile, sed vix dubie huc ducendum. —

Stereum hirsutum (Willd.) Fr. Epicr. p. 549. *Thelephora* Willd. Ber. p. 397.

Hab. ad truncos, Luzon, *Bureau of science* 8715, 8969, 8972, 8974, *Forestry Bureau* 16415; Negros, Caulon Vulcano, 1800 m, *E. D. Merrill* 6895. —

Stereum duriuseulum Berk. et Br. Fung. of Ceyl. n. 599!

Hab. in hymenio *Fomitis Williamsii* (Murr.) Bres. Negros, *Forestry Bureau* 13750.

Lloydella Bres.

Lloydella Mellisii (Berk.) Bres. *Stereum* Berk. in Grev. XIII, p. 3! *Stereum affine* Lev. Champ. exot. p. 210 pr. p.! *Lloydella affinis* Bres. Basid. Philipp. Series I, p. 322.

Hab. ad ramos et truncos, Luzon, Benguet et Tayabas, *Elmer* 6082, 7562, 7665; Polillo, *Bureau of science* 10525. —

Lloydella prolificans (Berk.) Bres. *Stereum* Berk. Challeng. Exped. n. 343! *Stereum vespilloneum* Berk. Chall. Exped. n. 179!

Hab. ad truncos, Luzon, Bataan, *Forestry Bureau* 19174.

Obs. Cystidia fusioidea, immersa, 30—50 = 9—12 μ ; hyphae contextus homogeneae, 2—4 μ crassae. —

Lloydella involuta (Kl.) Bres. var. **philippinensis** n. var.

Hab. ad truncos, Luzon, Camarines, *Bureau of science* 6346.

Obs. A typo differt statura duplo minore. Cystidia fusioidea, immersa, 30—45 = 7—10 μ ; hyphae contextus 2—4 μ crassae.

Lloydella Schomburgkii (Berk.) Bres. *Stereum* Berk. Austr. Fung. n. 134! *Stereum retirugum* Cooke Proc. Roy. Soc. Edin. 1882 (n. 1346)!

Hab. ad ramos, Luzon, Benguet, *Forestry Bureau* 15640, Nueva Vizcaya, *Bureau of science* 20291, 20384.

Obs. Cystidia laevia, fusioidea, 30—35 = 5—6 μ pars ventricosa; hyphae contextus, 3—5 μ ; hymenium delapsum. —

Lloydella fusca (Schrad.) Bres. *Thelephora* Schrad. Spic. p. 184; *Stereum bicolor* Fr. Epicr. p. 349. *Thelephora bicolor* Pers. Syn. p. 568.

Hab. ad ramos, Luzon, Mt. Polis, *Bureau of science* 20364. —

Obs. Sporae hyalinae 2-guttulatae, $4-4\frac{1}{2} = 3\frac{1}{2} \mu$; basidia clavata, $20-25 = 5-6$; cystidia laevia, clavata v. subfusioidea, demum septata, $50-70 = 10-14 \mu$; hyphae contextus $1\frac{1}{2}-4 \mu$. —

Lloydella papyracea (Jungh.) Bres. Annal. Myc. VIII, p. 588. *Thelephora* Jungh. Jav. p. 36! *Stereum percome* Berk. et Br. Fung. of Ceyl. n. 592!

Hab. ad ramos etc. Negros, Gamagan River, *Copeland* 23; Luzon, Cabanatuan, *Bureau of science* 5246. —

Obs. *Thelephora crassa* Lev. et *Hymenochaete Kalchbrenneri* Massee valde affines et forsan tantum formae plus minusve coloratae hujus speciei. Structura identica, at semper steriles inventae ideoque, donec plene cognitae, distinguendae. —

Hymenochaete Lev.

Hymenochaete rheicolor (Mont.) Lev. in Ann. Sc. Nat. 1846, p. 151. *Stereum* Mont. Nilgh. n. 151!

Hab. ad truncos, Luzon, Pauai, 2100 m, *Bureau of science* 8712.

Obs. Setulae cuspidatae, fulvae, $60-100 = 8-12 \mu$; hyphae hymeniales $2-3\frac{1}{4}$, raro 4μ . — *Hymenochaete attenuata* Lev. et *Hymenochaete tenuissima* Berk. typus ex monte Adam's Peak, meo sensu, specificae non sunt distinguendae.

Hymenochaete Kunzei (Hook.) Massee, Mon. Thel. II, p. 100. *Thelephora* Hook. Bot. Miscell. p. 163, t. 85!

Hab. ad truncos, Luzon, Bataan, *Bureau of science* 5238, *Forestry Bureau* 15 567. —

Obs. Setulae fulvae, etiam in typo, $30-60 = 6-9 \mu$; hyphae contextus $2-3$ raro $3\frac{1}{2} \mu$. —

Hymenochaete variegata Bres. n. sp.

Pileis membranaceo-coriaceis, dimidiatis, sessilibus, vel saepius resupinato-productis, plus minus densius imbricatis, raro singularibus, e tomentoso-velutinis glabrescentibus, primitus unicoloribus, luride ferrugineis, dein zonis versicoloribus eleganter variegatis, $3-10$ cm latis; hymenio e pallido mox badio ferruginescente, setuloso; setulis fulvis, fusioideo-ventricosis, apice valde obtuso vel subclavatis, $40-45 = 6-9 \mu$; hyphis contextus subirregularibus, flavis, septatis, $2-5$, raro $5\frac{1}{2} \mu$; basidiis clavatis, $15-20 = 4-5 \mu$; sporis non inventis. —

Hab. ad truncos, Luzon, Benguet, Pauai, 2100 m, *Bureau of science* 8718, 8725; Mt. Pulong, *Forestry Bureau* 16437, 16444.

Species valde elegans, *Hymenochaetae Kunzei* proxima. —

Hymenochaete mollis Bres. n. sp.

Unicolor, badio-umbrina; pileis imbricatis, dimidiato-sessilibus, spongioso-mollibus, glabris, rugoso-scopulosis, sulcolato-zonatis, 3—8 cm latis; hymenio colliculoso, setuloso; setulis fulvis, cuspidatis, $45-60 = 4-6 \mu$; hyphis contextus granulosus, septatis, $2-4 \mu$ crassis; basidiis nec sporis visis. —

Hab. ad truncos, Polillo, *Bureau of science* 9104.

Obs. Substantia molli, spongiosa, ab omnibus Hymenochaetis mihi notis diversa. —

Hymenochaete epichlora (Berk. et C.) Cooke, Grev. VIII, p. 147.

Corticium Berk. et C. North Amer. Fung. n. 258. —

Hab. ad ramos, Luzon, *Bureau of science* 20276. —

Obs. Setulae fulvae, $30-45 = 5-6$; hyphae contextus luteae, $2-4 \mu$; basidia $20-24 = 4 \mu$; sporae non inventae. A typo colore paullulum obscuriore differt, sed vix diversa. —

Hymenochaete agathicola P. Henn. Fung. Novguin. II, p. 24!

Hab. ad truncos, Luzon, Benguet, Pauai, 2100 m, *Bureau of science* 8719. —

Obs. Specimen incompletum, cum typo Henningsii optime concordans, sed et typus incompletus et forte tantum fragmentum resupinatum speciei pileatae sistens; mihi species valde dubia. —

Hymenochaete livens Bres. n. sp.

Late effusa, resupinata, adnata, fusco-livida, cinerescens, margine similari, interdum nigrificato, substantia dura, lignea, demum stratosae, livido-brunnea, 2 mm circiter crassa; hymenio laevi, e setulis puberulo; setulis fulvis, parum prominulis, ventricosus-cuspidatis, $60-100 = 12-15 \mu$; hyphis contextus luteis, irregularibus, parum distinctis, $2-3 \mu$. — Sporae non inventis. —

Hab. ad truncos, Polillo, *Bureau of science* 10536. —

Obs. *Hymenochaetae corticolori* Berk. et Rav. affinis.

Hymenochaete Pellicula Berk. et Br. Fung. of Ceyl. n. 618!

Hab. ad *Bambusas*, Luzon, Mt. Mariveles, *Elmer* 6953.

Veluticeps Cooke.**Veluticeps philippinensis** Bres. n. sp.

Pileo dimidiato-sessili, postice ut plurimum resupinato-porrecto, suberoso, e pubescente glabrato, concentrice dense sulcato-zonato, fusco, zona hornotina luteola, 3—8 cm lato, 1—3 longo, 3 mm circiter crasso; hymenio luride fulvello, fusciscente, papilloso; papillis multicellularibus, e fasciculo hypharum, spatulatis, vel cuspidatis, $90-100 \mu$ prominentibus; hyphis fulvis, $2-5 \mu$ crassis; sporis, nec basidiis visis. —

Hab. ad ramos, Luzon, *D. Merrill 1279, Forestry Bureau 16811.*

Obs. Hymenium in speciminibus visis stratosum; strata omnia e fasciculis papillarum percursa, sed basidia et sporae non inventae. Habitu videtur prorsus *Fomes pectinatus* Kl.

Corticium hinnuleum Bres. n. sp.

Late effusum, membranaceo-subcoriaceum, luride ochraceum, subcervinum, margine albido, pruinoso-subtomentoso; hymenium laeve, haud rimosum, in vetustis stratosum, contextu albido; sporae stramineae, ellipticae, laeves vel punctato-scabrae, $7-8 = 5-6 \mu$; basidia clavata, $2-4$ sterigmatibus, $12-24 = 7-9$; hyphae contextus $2-3\frac{1}{2} \mu$, septatae, saepe nodosae, interdum asperulae. —

Hab. ad truncos *Bambusae*, Luzon, Benguet, *A. D. Elmer 6215.*

Obs. *Corticio portentoso* B. et C. proximum, sed optime diversum. —

Gloeocystidium Karst.

Gloeocystidium lacticolor Bres. n. sp.

Late effusum, arcte adnatum, membranaceum, lacteum, demum cremeo-tinctum; hymenium laeve, nitidum, haud rimosum, margine pruinato-subfimbriato; sporae hyaline, subglobosae, asperulae, $5-6 = 4\frac{1}{2}-5 \mu$; basidia clavata $20-27 = 5-6 \mu$; gloeocystidia plus minusve immersa, fusoidea, tenuiter tunicata, vacua vel granuloso-farcta, reactione acido-alkalina tantum evidenter visibilia, $60-100 = 10-15 \mu$; hyphae subhymeniales collapsio-conglutinatae, indistinctae, basales subirregulares, septatae, haud nodosae, $2-5$ raro 6μ crassae. —

Hab. ad culmos *Bambusae*, Luzon, Benguet, Sablang, *Bureau of science 12853.* —

Obs. Habitu et coloribus videtur prorsus **Corticium lacteum** a quo structura diversum et *Gloeocystidio alutaceo* proximum. —

Septobasidium Pat.

Septobasidium Merrillii Bres. n. sp.

Resupinato-effusum, membranaceum, fulvo-badium, ambitu pallidiore; subiculum brunneum, spongiosum, ex hyphis ramosis, septatis, luteis, $4-5 \mu$ crassis, raro 6 conflatum; basidia ex obovatis elongato-cylindracea, curvata, basi ventricosa, persistente, $60-70 = 7-10 \mu$ sporae oblongo-sinuatae, hyalinae, $27-35 = 5-7 \mu$. —

Hab. ad ramos vegetos *Strobilanthis cincinnalis*, Luzon, Benguet, *E. D. Merrill 6668.* —

Obs. *Septobasidio Micheliano* (Cald.) valde, praecipue coloribus, proximum, sed spora longior et fere duplo crassior et basidiis basi persistenter ventricosis, optime distinctum. —

Septobasidium rameale (Berk. et Br.) Bres. *Lachnocladium rameale* Berk. et Br. Fung. of Ceyl. n. 605!

Hab. ad ramos, Luzon, *Bureau of science* 20385.

Obs. Pulchra species in ramis tenuibus ita producta ut pileata apparet, pileis fuscis fibroso-setosis; sporae non visae; basidia demum cylindraceo-curvula, triseptata, $30-40 = 4-5 \mu$; hyphae contextus fuscae, 3μ crassae. *Lachnocladium rameale* sistit statum juvenile vel abortivum hymenio nondum efformato. —

Pterula Fr.

Pterula pusio (Berk.) Bres. *Clavaria pusio* Berk. Flora New Zeal. p. 186!

Hab. ad terram, Luzon, Rizal, *Bureau of science* 1204; Bataan, Lamao, *Merrill* 3536.

Obs. Species prorsus cartilaginea ideoque vera *Pterula*. Specimina philippinensia quam typica majora, magisque ramosa, sed notae ceterae prorsus identicae. Sporae hyalinae, obovatae, $8-9 = 5-6 \mu$; basidia clavata, $20-24 = 7 \mu$; hyphae contextus tenues, $2-4\frac{1}{2} \mu$ crassae. —

Pterula fruticicola Bres. n. sp.

Isabellina, fuscescens, stipitata vel e basi ramosa, 2—3 cm alta, $1\frac{1}{2}-2$ cm lata, stipite 4—6 mm longus, $\frac{1}{2}$ mm circiter crassus; rami pauci, glabri, subfiliformes; ramulis bifidis vel alternis, apice acuminatis; sporis hyalinis, subnavicularibus vel subsinuosis, $9-10 = 5-6 \mu$; basidiis clavato-subcapitatis, $25-28 = 6-7 \mu$; hyphis contextus $1\frac{1}{2}-3\frac{1}{2} \mu$ crassis. —

Hab. in fructibus vetustis *Pandani* sp., Luzon, *Bureau of science* 20050.

Lachnocladium Lev.

Lachnocladium pallens Bres. *Pterula pallens* Bres. Bull. Soc. Bot. Belg. 1899, p. 157. *Lachnocladium usambarense* P. Henn. Bot. Jahrb. 1904, p. 44. Bres. Basid. Philipp. Series II, p. 77!

Hab. ad frustula lignea, Luzon, Rizal, *Bureau of science* 1200, Cavite, *Forestry Bureau* 8942, Laguna, *Bureau of science* 11954; Mindoro, Bulalacao, *Bureau of science* 1553. —

Obs. Species potius ad *Lachnocladium*, quam ad *Pterulam* du-cenda. —

Physalacria Peck.

Physalacria inflata (Schw.) Peck Torr. Bot. Club 1882, p. 2. *Mitrula inflata* Schw. in Fr. El. I, p. 234.

Hab. ad ligna, Luzon, Sablang, *Bureau of science* 12861. —

Heterochaete Pat.**Heterochaete pallida** Bres. n. sp.

Resupinato-effusa, confluens, albida, exsiccando luride carnea, ceraceo-gelatinosa, 1—1 $\frac{1}{2}$ mm crassa, margine tumido, similari; hymenio subundulato, dense papilloso, papillis candidis, cylindraceis, apice obtuso, sterilibus, ex hyphis 1 $\frac{1}{2}$ —2 μ crassis, 75—100 = 36—60 μ ; sporis hyalinis, oblongis, uno latere depressis, 10—12 = 6 μ ; basidiis obovatis, 18 = 15 μ ; hyphis contextus hyalinis, 1 $\frac{1}{2}$ —2 μ . —

Hab. ad ligna, Polillo, *Bureau of science* 10533. —

Obs. Videtur *Kneiffiae gelatinosae* Berk. valde proxima, sed ista, teste Patouillard, sporas fere duplo majores possidet. — Specimina nostra etiam subtus papillosa vel potius radiculosa, radiculis conicis, 100—150 = 20—40, divisis, ejusdem structurae papillarum hymenii. —

Hirneola Fr.

Hirneola polytricha (Mont.) Fr. Fung. Nat. p. 26. *Exidia* Mont. in Berl. Voy. Ind. or. p. 154.

Hab. ad truncos, Batanes, *Bureau of science* 3872; Camiguin, *Bureau of science* 4162. —

Hirneola cornea (Ehrenb.) Fr. l. c. p. 26. *Auricularia* Ehrenb. Hor. Phys. Ber. t. XIX f. g.

Hab. ad truncos, Luzon, prope Manila, *Bureau of science* 16701.

Gasteromycetaceae.**Cyathus** Hall.

Cyathus byssisedus (Jungh.) Tul. Ann. Sc. Nat. I, p. 71. *Nidularia* Jungh. Jav. p. 24. Bresadola, Fung. Cong. p. 274.

Hab. ad ramos, Polillo, *Bureau of science* 10532.

Obs. *Cyathus Elmeri* Bres. Basid. Philipp. I. p. 324 differt praecipue absentia membranae mycelicae, quae forte in ligno a Collectore relictæ et receptacula fuerunt evulsa. —

Tylostoma Pers.

Tylostoma exasperatum Mont. var. **pusillum**. *Tylostoma pusillum* Berk. in Hook. Lond. Journ. 1842, p. 157!

Hab. ad terram, Luzon, Bataan, Lamao, *Copeland* 1411. —

Obs. Sporae echinatae, 5 $\frac{1}{2}$ —7, absque aculeis 4—5 μ ; hyphae capillitii ad nodos non vel parum inflatae, facile secedentes, 2—6, raro —9 μ , crassae. A *Tylostoma exasperato* Mont. differt modo sporis aliquantulum minoribus et laxius echinatis, cetera omnia prorsus identica. In *Tylostomate exasperato* sporae 7—9 μ d., absque aculeis 5—6 μ . —

Lycoperdon Tourn.**Lycoperdon furfuraceum** Schaeff. Icon. Bav. tav. 294.Hab. in locis herbidis pr. Manila, *Copeland* 1351, *D. Merrill* 6683.**Scleroderma** Pers.**Scleroderma verrucosum** (Bull.) Pers. Synop. p. 154. *Lycoperdon* Bull. Champ. Lab. 24. —Hab. ad terram, Luzon, Benguet, *Bureau of science* 8716.Obs. Sporae globosae, fuscae, verruculosae, 12—15 μ .**Discomycetaceae.****Peziza** Dill.**Peziza Domingensis** Berk. Fung. Doming. p. 10, n. 57.Hab. ad ligna, Luzon, Mt. Malaraya, *Forestry Bureau* 8952.**Coryne** Tul.**Coryne sarcoides** (Jacq.) Tul. Carp. III, p. 190. *Lichen sarcoides* Jacq. Misc. 2 tab. 20.Hab. ad ligna, Luzon, Pauai, 2100 m, *Bureau of science* n. 8724.

Obs. Specimina philippinensia prorsus cum europeis identica sicuti et notae microscopicae. —

Rhytidopeziza Speg.**Rhytidopeziza rufula** (Spreng.) Bres. *Hysterium rufulum* Spreng. Vet. Ac. Holm. 1820, p. 20. *Tryblidiella rufula* Sacc. Syll. II, p. 757.*Rhytidopeziza nigro-cinnabarina* (Schw.) Sacc. Syll. X, p. 65.Hab. ad ramos, Leyte, Palo, Dec. 1906, *Elmer* 7234. —Obs. Species in tropicis ubique obvia; ego vidi ex Brasilia, Congo et Philippinis. — Ascis 210—230 = 15 μ , sporidiis 30—36 = 10—12, 3-septatis; paraphysibus $1\frac{1}{2}$ μ , apice clavato, colorato, 3—4 μ . —**Pyrenomycetaceae.****Eutypa** Tul.**Eutypa polygramma** Bres. n. sp.Stromatibus subcorticalibus, copiosis, linearibus, parallele dispositis, 3—25 cm longis, circiter $1\frac{1}{2}$ mm latis, primitus epidermide dilute fusca tectis, dein erumpentibus et epidermide cinctis; peritheciis confertis, obovatis vel oblongo-depressis, 250—340 μ latis, 400 μ circiter altis, extus intusque nigris, carbonaceis; ostiis prominulis, subrotundatis, laevibus; ascis cylindraneo-clavatis, pedicellatis, 40—45 = 5—6 μ , pars sporifera 20—22 μ , pedicello 20 = 2 μ ; sporidiis cylindraneo-curvulis, luride hyalinis, biguttulatis, 6—7 = $1\frac{1}{2}$ —2 μ .Hab. ad culmum *Bambusae*, Leyte, Palo, *A. D. Elmer* 7215.

Obs. Ab *Eutypa bambusina* Penz. et Sacc., teste Saccardo ipse, cui submissa fuerunt specimina, differt stromatibus strictioribus, linearibus, haud lanceolatis, et epidermide tantum leviter nigrificata et non zona lineari nigra, nitida, cinctis. —

Kretzschmaria Fr.

Kretzschmaria microspora P. Henn. Hedw. 45, p. 261!

Hab. ad truncos, Leyte, Palo, *A. D. Elmer* 7225.

Ustulina Tul.

Ustulina vulgaris Tul. Sel. Fung. Carp. II, p. 23.

Hab. ad truncos, Luzon, Benguet, *Bureau of science* 12831. —

Nummularia Tul.

Nummularia Merrillii Bres. n. sp.

Stromate cortici innato, majusculo, elongato-sinuoso, usque ad 8 cm longo, et 3 cm lato, nigro, nitido, applanato-colliculoso, ostioliis prominulis, punctato-scabro; peritheciis valde confertis, oblongo-compressis, $\frac{3}{4}$ —1 mm longis, 250—300 μ latis; ascis jam resorptis; sporidiis fuscis, ellipsoideis, 10—12 = 6 μ , muticis. —

Hab. ad truncos, Negros, Canlaon Volcano, E. D. Merrill 6896.

Obs. *Nummulariae uniapiculatae* Penz. et Sacc. proxima, a qua sporis haud apiculo hyalino praeditis, superficie stromatis nitida et peritheciis valde confertis praecipue distincta. —

Megalonectria Speg.

Megalonectria pseudotrichia (Schw.) Speg. Fung. Arg. pug. IV, n. 211.

Hab. ad ramos, Leyte, Palo, *Elmer* 7224.

Obs. Specimina hic exhibita sterilia, sed vix dubie hanc speciem sistunt. —

Hyphomycetaceae.

Pilacre Fr.

Pilacre faginea (Fr.) Berk. et Br. Ann. N. H. n. 380. *Onygena* Fr. Syst. Myc. III, p. 209.

Hab. ad corticem *Fici* ?, Luzon, Bataan, *Copeland* 194.

Obs. Sporae fusco ferrugineae, globosae v. subglobosae, 6—7 diam. v. 6—9 = 5—8 μ , hyphae ramosae, 2—3 μ . A speciminibus europeis vix diversa.

Mycelia.

Rhizomorpha subterranea Pers. Synop., p. 705.

Hab. ad ramos acervatos, Negros, *Bureau of science* 1142; Mindoro, *Merrill* 5756; Luzon, *Forestry Bureau* 8879. —

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Hedwigia](#)

Jahr/Year: 1915

Band/Volume: [56 1915](#)

Autor(en)/Author(s): Bresadola J.

Artikel/Article: [Basidiomycetes Philippinenses. \(Series III.\) 289-307](#)